

www.e-rara.ch

**Iani Damiani Senensis ad Leonem X. pont. max. de expeditione in
Turcas elegeia, cum argutissimis doctissimorum virorum
epigrammatibus**

Damianus, Janus

Basileae, [1515]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-94547>

Beatissimo patri Leoni Decimo Pontifici Vere Maximo, Erasmus Roterdamus salutem dixit.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

BEATISSIMO PATRI LEONI DECI/
MO PONTIFICI VERE MAXIMO,
ERASMV'S ROTERODAMVS
S. D.

SI celsitudinis tuæ ratio habeatur, beatissime pa-
ter, nemo uel summorum principum inuenia-
tur, qui non ueriturus sit ad Sanctitatem tuam
scribere. Quis enim non metuat eum compellare lit-
teris, qui quanto ceteri mortales pecudibus antecel-
lunt, tanto ipse mortales uniuersos maiestate superat,
& inter homines prorsus cœleste quoddam agit nu-
men? Attamen singularis quædam naturæ tuæ boni-
tas, & incredibilis humanitas, qua quidē illam ipsam
superas magnitudinē tuā, qua superas & maximos,
nō solum publica totius orbis uoce prædicata, uerum
etiam ipsa, quod aiunt, fronte, totoq; corporis habitu
relucens, mihi uero, cum olim agerem Romæ, dome-
stico etiam congressu degustata, tantū addit fiduciæ,
ut nec ipse, infimæ pene sortis homuntio, dubitarim
sublimitatē tuam meis interpellare litteris. Atq; uti-
nam liceat uere beatissimis istis aduolutum pedibus
oscula figere. Video passim, audio passim, quacunq;
patet orbis Christianus, summos pariter atq; infimos
sibi de tali principe gratulari. Quod quidē cum om-
nes meritissimo faciant, nullos tamen æque id facere
par est, atq; eos, qui ueræ pietatis & optimarū littera-
rum studio ducuntur. primum, quod nobilis illa & no-
minis immortalitate semper uictura Medicum fami-
F lia,

Quanto, Tanto.

Cœleste nu-
men agit.

Tantū, ut

æque, atq;

par est.

Litterarū pu-
dio duci.

Epanalepsis

Ingenij
solum.Mansuetæ
Muses.

vel, vel.

lia, cui Leonem debet orbis, semper excellentium pro-
bitate ac litteris uirorum, & altrix fuerit & ornatrix.
Ex qua nobis uelut ex equo Troiano tot eximij in
omni doctrinæ genere proceres, paucis iam annis ex-
ilierunt, tot Cicerones, tot Marones, tot Platones, tot
Hieronymi, ut uel hoc unū omen studiosos omneis
summam in spem debeat erigere, numinum proui-
dentia Leonem orbī datum, sub quo præclaræ uirtu-
tes, sub quo bonæ artes omnes refflorescant. Iam uero
ab isto tuo genere adeo nō degeneras, ut domus alio-
qui multo omnium laudatissimæ gloriam, tuis supe-
raris uirtutibus, atq; hoc ipso reddideris illustriorem,
quod illius lucem ornamentorum tuorum splendore
quodammodo obscuraris. Nimirum ad optimam
indolem optima accessit institutio, & felicissimo inge-
nij tui solo, longe bellissimus obtigit cultor, politissi-
mus ille Politianus, cuius opera, non spinosis istis ac-
rivos litteris, sed ueris illis, nec sine causa bonis ap-
pellatis, ac mansuetioribus, ut uocant, musis es initia-
tus, quæ ferum etiam ingenium, mite placidumq; so-
lent efficere. Neq; uero initiatus tantum, uerumeti-
am absolutus. Itaq; duæ res, quas in principe ciuita-
tis requirit Plato, naturæ bonitas, & recta educatio,
sic nobis constant in totius orbis principe, ut ampli-
us, ne uotis quidem, concipi possit. Neq; uero defuit
hisce tam egregijs primordijs, uel tua ipsius indu-
stria uel diuini numinis fauor. Quibus rebus factum
est, ut cū Romanæ urbis libertas, integerrimos quo-
que

adeo,
ut

AD LEONEM X. PONT. MAX.

que uiros non raro soleat aspergere, tu ut uitam, ita & famam modis omnibus illibatam ad istam attuleris dignitatem, ad quam usq; adeo nullis pecuniarum aut factionū præsidijs penetraſti, ut nec ambiens nec expectans, non tam hominum suffragijs, quam diuini numinis calculo delectus fueris atq; ascitus. Neq; uero mediocriter illustrauit laudum tuarum decus, illa fortunæ ſauientis iniquitas, quæ ſane ſuperum permiſſu uidetur incidiſſe, quo nimirum genuina uirtus animi tui uelut aurum igni exploratū, ſpectatior redderetur mortalibus. Nam ut Mario plurimum addidit laudis fortunæ uiciſſitudo, ita quidā Alexandri gloriæ, hoc detrahunt noīe, quod ppetuo pene rerum ſucceſſu fuerit uſus. Timothei uero felicitas, picturis etiā fuit exagitata. Egregiū nauclerū aduerſa tēpeſtas arguit. Inſignis ſculptor, quo duriorē ac min⁹ obſequē tē nactus eſt materiā, hoc mai⁹ artis ſuæ miraculū præbet. In quouis rerū ſtatu explicat ſeſe genuina illa uirtutis uis, nuſq; tñ clarior, q̃ q̃ties nouerca Iuno Hercule ſuū omni genere malorū exercet. Magis illuſtrarūt Vlyſſē, tot exantlati labores, q̃ feliciter exciſa Troia. Quanq̃ illud ſepe nūero uidem⁹ accidere, ut q̃ res ad uerſas fortiter ptulerūt, fortunæ blādientis indulgētia corrūpanē. At tu quā integritatē in reb⁹ afflictiſ ſemp præſtiteras, eandē haſtenus ad ſummū rerū apicem euectus præſtitisti. Niſi qđ nunc tuā bonitatē magis ſentim⁹, dum nobis expreſſius Chriſti reſers imaginē, cuius haud dubie uicem geris, poſtea q̃ ad ſummam

F ij bonitatē

ut, ita
uſq; adeo, ut

Nec, nec.

diuini numinis calculo
ascitus.

virtutis uis.

Magis, q̃.

ſummus rerū
apex

Xpm referre.

uicē gerere.

bonitatem, summāq; sapientiam, par accessit potentia, ut quantū pro tua bonitate prodesse uis, quātum pro tua singulari sapientia, qua ratione succurrendū sit rebus humanis, perspicias, tantundem pro summi pontificij fastigio possis. Vt enim nihil possit accidere pestilentius, quam si prauitas ac stulticia, summi magistratus armetur autoritate, ita non alia res æque salutaris a superis dari potest mortalib⁹, q̃ si ad cuncta moderantis dei similitudinem, tria hæc in principe copulentur. Porro quo maior est potestas, hoc perniciosior est, si inciderit in hominē uel stultum, uel malum. Sensit ilico mundus Leonē gubernaculis rerū admotum. repente sæculum illud plusq; ferreum, in aureū uersum. ac tanta tamq; fatalis subito rerum omnium cōmutatio, ut nemini nō palam esset, hæc autore deo geri. Compositæ bellorum undæ. cohibitæ principū inter ipsos minæ. acerbis odijs dissidentes maximo rū regum animi in Christianam adacti concordiam. sublatum perniciosissimū illud schisma, & ita sublatum tam ingens malū, ut ne cicatrix quidem supersit. Vt fileam interim, quod aliquot Italiæ principes suis ciuib⁹, quod cōplures ciues in exilium actos suæ patriæ reddidisti, quod tuam familiā diu fortunæ iniuriā uexatam restituiisti, quod Florentiā ciuitatem tuā, quæ maiorū tuorum prudentia diu florētissima fuit, multo reddidisti florentiorē. Hoc nimirū erat Gentilicio Medicis cognomini respondere, tot tam indicabilibus pene totius orbis malis subito mederi, idq; non

AD LEONEM PONT. MAX.

q̄ nō ui neq̄ seueritate, ueluti sectionibus, iniusturis,
aut alioqui tristibus pharmacis, sed consilio, sed pru-
dencia, sed animi moderatione, sed māsuetudine. Alij
laudibus uehant, bella a Iulio secūdo uel excitata gna-
uiter, uel gesta feliciter, uictorias armis partas recen-
seant, triumphos regaliter actos celebrent, quan-
tumlibet hisce rebus gloriæ tribuent, tamen eam cum
multorum dolore coniunctam fuisse, fateantur ne-
cesse est. Vt interim sileam, quod ex rei bellicæ glo-
ria magnā partem sibi uendicant principes, quorū du-
ctu auspicijsq̄ negocium agitur, maiorem fortasse mi-
les, cuius periculo manibusq̄ res geritur, maximā ue-
ro fortuna, quæ nulla in re magis dominatur q̄ in bel-
lo. Ad Leonis autem gloriam nullus est qui ingemi-
scat, nemo qui musset, neq̄ periculum est, ne, quod in
plerisq̄ fieri solet, damnet posteritas, cui sua applau-
serit ætas. Accedit huc, qđ tua gloria, præterq̄ quod
nulli non salutaris, nulli nō lætissima fuit, tota tibi cœ-
lestiq̄ numini propria est, ut quæ publico omniū bo-
no bene fortunante deo, incredibili tua sapientia con-
tigerit, atq̄ uel ob hoc ipsum magis est propria tibi,
quod illius munere contigerit, qui nō fauet imerenti.
Vt maximū declararit Iuliū totus pene orbis ad bel-
lum excitatus, certe maiorem testatur Leonem pax or-
bi restituta. Clarius arguit tuam magnitudinē, quod
indytus Lodouicus Galliarum rex, se suaq̄ omīa tuo
submisit arbitrio, q̄ Iulij, quod ab eo bello uictus est,
aut certe uexatus. Magis illustrauit autoritatē tuam,

F iij Serenissimus

Serenissimus Angliæ rex, huius nois octauus, quod te autore deposuit arma, q̃p̃ Iulij, cū illius instinctu suscepit arma, p̃pterea quod ad capeſſendū bellum facile quēuis alliciat uictoriæ spes, nemini nō blandiēs, & haud scio an illis potissimum, quibus insidias struit fortuna. At uero efficere, ut tantus rex, imo ut iuuenis excelso atq; inuicto præditus animo, ad hæc, tanto rerū successu uelut exultans, uictoriā iam certam amittat e manibus, atq; ex hoste acerrimo in summā transeat concordiam, id uero plane diuinitatis cuiusdam esse uidetur. Deniq; ut pro tempore necessaria fuerit Iulij seueritas, certe magis salutaris fuit Leonis mansuetudo, mlt̃oq; propius ad eius accedens exemplar, cuius locum inter mortales occupat Romanus Pontifex, nempe Solomonis illius pacifici, qui sua cōcordia cœlum pariter ac terram conciliat atq; conglutinat, q̃ tolerantia uicit, non copijs, qui moriendo triumphauit, quiq; nō aliorū sanguine sibi uindicauit imperiū, sed suo sanguine nobis regnum cœleste comparauit. Proinde optimo iure sibi gratulat̃ orbis Christian⁹, talem Leonem, in cuius ore reperit mundus plusquā melleam dulcedinē. Quid enim pace dulcius? præsertim post grauissimos ac diutinos bellorum tumultus, quib⁹ inter nos collidebamur, imensa Christiani sanguinis iactura, ingenti bonarum mentiū dolore, magno Turcarū gaudio. Ad ipsam etiam illorū temporum recordationem inhorrescit animus. Sed cuiusq; malū illud acceptum feret posteritas. Medici certe debemus

bemus remedium. Quod superest, confidimus fore, ut
 quemadmodū Samsonis ænigma iam perspeximus,
 ita Christo res tuas bene fortunāte mox & illud apo-
 calypseos in te quadret, Vicit leo de tribu Iuda. Sapi-
 entia moderationisq; tuæ dulcedinem iam sensimus
 omnes, Et Leonem uidelicet illum uictorem, breui spe-
 ctabimus. Hoc nobis de te pollicentur uirtutes istæ
 tuæ tam incomparabiles, hoc utrumq; nomē omina-
 tur, & quod ad summū pontificium attulisti, & quod
 creatus pontifex adoptasti. Etenim cum Ioannem au-
 dimus ac Leonem, quid aliud intelligamus, q̃ eximiā
 bonitatem, cum inuicto animi robore coniunctam?
 Quin illud quoq; felix auspiciū habere uidetur, quod
 nō solum Leonem habemus, quo nomine nullus ad
 huc fuit Romanus pontifex, non egregie laudatus, ue-
 rum etiam Leonem decimum. Nam quicquid ingens
 esset, id decumū appellabat antiquitas. Proinde quic-
 quid uirtutum in singulis Leonibus excelluit, id to-
 tum expectamus a Leone decimo, Primi Leonis feli-
cem autoritatē, Secundi eruditam pietatem, & sacræ
musices studium, Tertiij præter salutarem eloquentiā,
animum quoq; ad utranq; fortunā infractum, Quar-
ti simplicem illam & a Christo laudatam prudentiā,
Quinti sanctam tolerantiam, Sexti pacis ubiq; sar-
ciendæ studium, Septimi cælo dignam sanctimoniā,
Octauī integritatē, Noni effusā in omneis benignita-
tē. Hæc inq; omnia nobis pmittunt, non solū nominū
ipsorū haud quaq; contēnenda auguria, uerū etiam
 hæc

hæc quæ iam abste præstita uidemus, quæ uidemus
 apparari. Felices rerû orsus, felicem portendunt exitû.
 Porro uictoriæ spem hoc nobis facit certio rem, quod
 optime perspicit sapientia tua, ut est gemina uictoria,
 ita bellum quoq; geminû esse, alterum cû uitijis, nimi-
 rum omniû pestilentissimis, & haud scio an solis Chri-
 stianæ professionis hostibus. Alterum cum impijs &
 barbaris Christiani nominis & Romanæ sedis inimi-
 cis. Ac prius quidem illud, ut magis necessariû est, ita
 & longe difficilius, & a nobis maxime pendens, eoq;
 maiore tractandû cura. Quod simul atq; a nobis rite
 confectum fuerit, posterius hoc facile Christo auxili-
 ante conficietur. Vt ne dicam interim utriusq; belli
 longe diuersam esse rationem. Alterum est eiusmodi,
 ut a bonis nōnullis improbetur. Alterum uno cuncto-
 rum ore laudatum. Nam ad bellum cum uitijis geren-
 dū, haud dubie, adhortatur Christus, extimulat Pau-
 lus. at belli cum Turcis suscipiendi, nec autor est Chri-
 stus, nec adhortatores apostoli. Vt demus utrūq; ge-
 rendum, certe maiore studio moliendū, quod indixit
 spiritus ille cœlestis, q̃ quod instituerūt homines. Et
 haud scio, an, quēadmodum ipse Christus, una cum
 suis apostolis ac martyribus, beneficentia, patientia,
 sancta doctrina, sibi subegit uniuersum orbem, ita re-
 ctius Turcas uitæ pietate subacturi simus q̃ armis.
 ut ijsdem rationibus uindicaretur Christianum imperi-
 um, quibus olim paratum esse constat. Quod si utrū-
 q; probandum est, probandū autem procul dubio,
 quicquid

alterum

alterum

Extimulat

ijsdem,
quibus.Vt
ita
simu
atque

AD LEONEM X. PONT. MAX.

quicquid Romanus approbarit senatus, neutra certe
in re cessat inaudita tua pietas pater beatissime, quæ si
mul & Christianæ plebis religionem, iam olim multis
collapsam modis, & in dies magis ac magis collaben-
tem, saluberrimis, ut audio, synodi constitutionibus,
sarcit ac restituit; & huiusmodi constitutionibus, non
quæ quæstum, aut dominandi libidinē, aut tyranni-
dem oleant, sed quæ uere spiritū referant apostolicū,
quas quiuvis a patribus nō a dominis profectas possit
agnoscere, in quibus piæ mentes ipsum Christum ue-
luti loquentē uenerent. Hac igitur uia molitur sancti-
tas tua, ut Christi ecclesia ueris ac suis opibus locuple-
tet, ut sua præmineat gloria, ut sua polleat ditio-
ne, breuiter ijs cœlestibus donis cumuletur, quæ nōnun-
tum potissimū exuberant, cum ceteris illis destitui-
mur maxime. Quancūq; nec alterā illam uirtutis functi-
onem uideris negligere, ut qui conciliandis omniū in-
ter se principū animis, componendisq; Christianorū
rebus, pulcherrimā pariter ac tutissimā struis uia, ad
impiā Turcarum gentem uel subigendā uel profligā-
dam. Non ferent aliquando Leonis nostri rugitū, im-
manes ille beluæ, sentient sentient inuictum illud Le-
onis mansuetissimi robur, quæ tumuis truculentæ feræ,
impares erūt pontifici, magis pietate quæ copijs arma-
to, ac numen etiā immortale secū in bella trahenti. Vi-
deo iam dudum beatissime pater, quæ ingens laudum
tuarū campus se nobis apiat, sed longe impar est hu-
ius ingenioli uis, rebus tantis explicandis, ad tam diui-

G na

Tyrannidem
olere.

struere uia
pariter ac

magis, quam

Laudū cāpus
ingenij uis

na facinora, nostra non aspirat eloquentia, uel potius
 infantia. Atq; utinā hoc studium detur eruditis omni-
 bus ut uelint, tum ea facultas, ut possint omniū saeculo
 rū memoria, dignas Leonis decimi uirtutes, dicēdi ui-
 ribus exaequare. Me quidē procul absterret tua celsitu-
 do, quē enim illa non absterreat? Et tamē nescio quo
 pacto, mihi uehemēter gestit animus, p uirili omneis
 ingenij neruos in hoc explicare, ut q̄nta extiterūt Le-
 onis in Christianā gentē merita, tanta & posteris ha-
 beant ac celebrentur, nullo unq; tēpore intermoritu-
 ra. Qua de re diu cogitanti mihi, cū exploratū habe-
 rem, nequaquā ingenij nostri praesidio cōfici posse, pro-
 pmodū uisum est, fieri posse, ut hac ratione utcunq;
 quod conor, liceat assequi, si ad id efficiēdum imorta-
 lis alicuius p se nois adminiculo fuerim⁹ usi. Perspicie
 bā diuū Hieronymū sic apud latinos esse theologo-
 rū principē, ut hunc prope solū habeamus theologi
 dignū cognomine, non qđ ceteros damnē, sed quod
 illustres alioqui, si cū hoc cōferant, ob hui⁹ eminentiā
 uelut obscurēt, deniq; tot egregijs cumulātū dotib⁹,
 ut uix ullum habeat & ipsa docta Grācia, quē cū hoc
 uiro queat cōponere. Quantū in illo Romanae facun-
 diae: q̄nta linguarū pitia: q̄nta oīs antiq̄tatis, oīm hy-
 storiarū noticia, q̄ fida mēoria, q̄ felix rerū oīm mix-
 tura, q̄ absoluta mysticarū litterarū cognitio: sup oia
 quis ardor ille, q̄ admirabilis diuini pectoris afflat⁹,
 ut unus, & plurimū delectet eloquētia, & doceat erudi-
 tione, & rapiat sanctimonia. Atqui hunc uirū ut unus
 habemus

dicendi
uixes

Gestit ami-
mus.

omnes inge-
nij nerui
explican-
tur.

Componere
est cōferre.

pro
uiri-
li.

inter
mor-
tura

quāt

quar

quis

ut

AD LEONEM X. PONT. MAX.

habemus, dignissimū qui legat^r ab oibus, ita unus sic
deprauat^r erat, sic cōtaminatus, sic cōspurcatus, ut nec
a doctis posset intelligi. Videbā facinus qdē pulcher-
rimū, si nostra cura doctor tam eximius orbi restitue-
ret. Verum perspiciebā tantū esse in eo negotio diffi-
cultatis, ut ea res nō unum desyderaret Herculē. Tan-
tū aberat, ut unū me parem esse posse confiderē, adeo
non Hercules, ut uix etiā homo. Attamē certatim ad-
hortantibus eruditibus, efflagitātibus Episcopis, noīa-
tim autē unico illo, non meo tantū, sed & omniū litte-
rarum, omnis uirtutis, apud Britānos Mœcenati, D.
Gulielmo Archiepiscopo Cantuariensi. Quo quidē
uiro ut nihil habet illa insula uel eruditione, uel inte-
gritate, uel oibus deniq; ornamētis episcopalibus ab-
solutius, ita nō alium habet, ad prouehendū optima-
rū rerum studium, ppeniore, porro in oibus negotijs
quæ ad sedis Romanæ dignitatē, amplitudinē, ac ma-
iestatē p̄tinēt, ea pietate, ut maiore nō possit. Deinde
iā ueluti restituntē, & ob imensam laboris magnitudi-
nē, susceptæ puinciæ suppœnitentē, Reuerēdi in Chri-
sto patris Io. Petri Caraffa, Episcopi Theatini, q nunc
apud Anglos, noīe sactitatis tuæ oratorē agit, denuo
redaccendit oratio, suaq; uoce & applausu, reddito mi
hi animo in certamē reuocauit. quid em̄ non persua-
deat, illa tam singularis hominis eloquentia? quem
non permoueat, tam integri, tam grauis autoritas
Præsulis? quem non inflammet, tam rara optimi ui-
ri pietas? Nam ad trium linguarum haud uulga-

G ij rem

ita

Tantum,
ut.

U
ita

oratorē agere

Gravis autorit

Rara pietas

Torn

Tantum, ut.

Addere calcar.
Fathiscentem
erigere.
Deficientem
restituere.

Verius, quam.

vel, vel.

Proverbum

Primoribus
labris.

rem peritiā, ad summā cum omniū disciplinarū tum
præcipue theologicæ rei cognitionē, tantū hō iuuenis
adiunxit integritatis & sanctimoniam, tantum mode-
stia, tantum mira grauitate condita comitatis, ut & se
di Romanæ magno sit ornamento, & Britannis omni-
bus absolutum quoddam exemplar exhibeat, unde
omnes omniū uirtutum formam sibi petere possint.
Hic tantus tantum tribuit hisce meis laboribus, ut ne,
si immodestissimus quidem sim, possim agnoscere. Et
tamen nescio quo pacto laudibus illis suis, iam fesso
calcar addidit, fathiscentē erexit, deficientem restituit.
Horum igitur & his consimilium hortatibus extimu-
latus, atq; in primis eius auxilio fretus, qui non solet
unquā pijs deesse conatibus, ueluti nouus iam ad in-
termisum opus redeo. Epistolarum uolumina, nam
hæc mihi proprie sumpsi, a mendis, qbus extincta fue-
rant uerius q̃ deprauata, partim ueterum collatione
codicum, partim nostrapte sagacitate repurgauimus,
Græca, quæ uel deerant omnino, uel perperam erant
addita, reposuim⁹ diligenter. Quod idem factum est
& in Hebraicis, uerum ὅχι ἀνευ θεοῦ, ut græcum ha-
het prouerbiū, quod eas litteras ipse primoribus mo-
do labris degustarim. Ad hoc quoniam diuus Hiero-
nymus, ut est omni genere litterarum absolutissimus, ut,
ita mirus est opum suarum ostentator, ut qui passim ita
gaudeat infulcire, quicquid usq; apud omnis linguæ
scriptores abstrusum ac reconditum habeatur, unde
fit, ut eruditus etiam lector ad plerosq; locos, uelut ad
salebras,

falebras, restitet, adiecimus cōmoda suis locis scholia,
 quoties incurrit, quod lectorem remoraturum esse ui
 deatur. Præterea quoad licuit in ordinem redeimus
 omnia. Nothos ac subdititios libellos quos partim ca
 sus, partim librariorū quæstus, aut inscitia, partim im/
 probissimi cuiusdam impostoris temeritas, Hierony/
 mianis lucubrationibus admiscuit, nō rescuimus qui
 dem, sed ab alijs semotos, adeptis titulis, in suum re/
 legauimus tornū, ut neq; sit quod desyderare posset
 auīdus magis q̄ elegans lector, neq; rursus tam in/
 sulfæ neniæ, sese posthac tam incomparabilis uiri titu
 lo uenditarent. Atq; id ne audacter magis q̄ iudicio
 fecisse uideremur, præfationibus & censuris additis,
 quid in his secuti simus lectorē docuimus. Quid mul
 tis? Tantum hic laboris exantlatum est, ut parum ab/
 fuerit, quin meipsum enecarim, dum sedulo adnitor,
 ut Hieronymus renascatur. Neq; uerebor illud uel
 iureiurando confirmare, minoris ipsi Hieronymo cō/
 stitisse, suas scripsisse lucubrationes, q̄ nobis restituif/
 se & illustrasse. Feruet igitur iampridem ingens opus,
 & apud indytam Germaniæ Basileam, totus renasci/
 tur Hieronymus, idq; in officina Frobeniana, qua nō
 est alia uel accuratior, uel unde plus bonorū exeat co/
 dicum, præsertim qui ad sacras pertineant litteras. Ne
 q; uero unius hominis hic labor est, neq; unius homi/
 nis impendium. Nam in cæteris Hieronymi monu/
 mentis, quæ mihi nō sumpsi, etiam si pro tempore nō
 nihil opitulor, a compluribus eruditissimis uiris iam
 G in pridem

partim,
 partim.

non,
 sed.

Tantum, ut.

Neq; uel.

uel, uel.

pridē est desudatū. Inter quos est eximius ille uir Ioā-
 nes Reuchlinus Phorcēsis, triū linguarū, Græcæ, Latī-
 næ & Hebraicæ pene ex æquo pītus, ad hæc in nullo
 doctrinæ genere non ita uersatus, ut cū primis certare
 possit. Vnde merito uirū hunc ceu Phœnicē, & unicū
 suum decus tota suspicit ac uenerat Germania. Neq;
 parū attulit momēti Conon Nurenbergēsis, theolog⁹
 ex instituto horū, quos uulgo prædicatores uocāt, uir
 ut græcæ litteraturæ callentissim⁹, ita in adiuuādis bo-
 nis litteris infatigabili quadā diligentia. Cūq; his Bea-
 tus Rhenanus Selestadie⁹, iuuenis tū exquisitē do-
 ctus, tum in iudicādo naris emunctissim⁹. Porro plu-
 rimū attulerūt momēti, fratres Amorbachij, quorū &
 impendijs & sudoribus cū Frobenio cōmunicatis, hoc
 negotij potissimū pagitur. Quæ quidē domus in hūc
 usum ab ip̄is fatis parata uidet⁹, ut eius opa reuiuifce-
 ret Hieronym⁹. Pater uir oīm optimus treis filios in
 hoc Græcis, Hebræis, ac Latinis litteris curarat institu-
 endos. Ipse decedēs, liberis suis studiū hoc uelut here-
 ditariū cōmendauit, q̄d erat facultatū, huic negotio
 dedicās. Atq; optimi iuuenes pulcherrimā puinciā, ab
 optimo parente mandatā, gnauius obeunt, sic mecū
 partiti Hieronymū, ut qd' ab epistolarib⁹ libris super-
 est, id ad illorū ptineat curā. At quorsum hæc inquit
 sanctitas tua. Nimirū huc ibam beatissime pater, nihil
 est Hieronymiano noīe celebrius, nihil ipso cōproba-
 rius, et tñ uideo quantū huic lucis, q̄ptum ponderis &
 autoritatis sit accessurū. Leonis gl'ia nihil luculentius,
 & tamē

vt, ita

tum, tum

e, e

Ab ip̄is fatis

AD LEONEM X. PONT. MAX.

& tñ haud mediocris, ni fallor, huic adiunget accessio, si tam rarū, tam ingens, tā indytū opus, felicissimo tui nois auspicio, ueluti denuo renatū, in lucē & in hominū manus exeat. Et pulchre uidet cōuenire, ut oēs bonæ litteræ, quæ pacis alumnae sūt, p eū Pontificē reslorescāt, p quē ocium & pax studiorū alitrix, orbi terrarū parta est. Et pulchre q̄drauerit, ut prim⁹ Christiani religionis doctor, eiusdē religionis antistiti sūmo dedicetur, & optimus oīm theologus, oīm optimi Pontificis titulo cōmendet. Equidē haud sum nescius, religiose quoq̄ tentandū, ut beatitudini tuæ quicq̄ dedicetur. dignū numine sit oportet, quod numini consecret. Attamen si sensero hac in re tuæ quoq̄ maiestatis fauorē, non solum hasce lucubrationes, uerumetiā uniuersum studiorum meorū prouentū cupiam Leoni consecrare. Ipse ex tantis sudoribus non alium exspecto fructum, q̄ ut nostra qualicūq̄ industria, Christiana pietas ex Hieronymi monumentis adiuuetur. Is abunde rependet premiū, in cuius gratiā hoc laboris desudo. A pluribus legetur, si fuerit a plurib⁹ intellectus Hieronymus. Sed & libentius legetur ab oībus, si tanti Pontificis calculo fuerit cōprobat. Sanctitatem tuam nobis & uniuersæ reip. Christianæ, q̄ diutissime seruet incolumem, sempq̄ felicibus incrementis in maius prouehat, idem qui te donauit orbi Christus, Optimus, Maximus. Datum Londini tertio Calendas Maias. An. M. D. XV.

tam, tam, tam
tui nois auspiciū

non solum,
uerū etiam.
nō aliū, q̄.